Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite 785

Quelle:
Copyright:

iohannem (IX.) *pontificem.* Incipit: *Anteceſſorum ueſtrorum decretis et catholicorum patrum inſtitutis* &c. et legitur cum *Chron. cit.* p. 33. tum *Hanſiz. T.* I. p. 176. ſed utrobique prave ſcriptum *Maraci* pro *Maraui*, ut habet Noſter. Pertinet ad an. 900. ſub cujus finem *Johannes* obiit. In 4. ſubjectis verſiculis miror, neque *Gewoldum* nec *Hanſizium* vidiſſe σφαλμα:

Sisque tuis famulis protector verus et impos
Commendes Domino &c.

Repone cum Noſtro, *et* ipſos *Commendes domino. 8vo. Epiſtolam Benedicti* (VII.) *pontificis ad Hrodbertum* (Ruotbertum, Rupertum) *mogontinę, diotricum treuerenſis, adalbertum magdaburgenſis, gereonem colonienſis, fridaricum iuuauenſis adaldagum premenſis ęccleſię archiepiſcopos*, item *Ottonem* (II.) *Imp. et nepotem* ejus *heinricum ducem bauuariorum* &c. Initium: *Oportet iuſtis ſupplicantium peticionibus nos ſemper faciles* &c. Epiſtola ad an. 974. pertinet, et legitur in *Chron. cit.* p. 29. *Hanſiz.* T. I. p. 213. *9no. Epiſtolam Piligrimi ſanctę lauriacenſis eccleſie humilis ſeruitoris ad benedictum* (VII.) *pontificem.* Initium: *Notum fieri dignetur uobis ſumme ſacerdotum preſul* &c. Epiſtola ejusdem anni, legitur in *Chron. cit.* p. 24. *Hanſiz.* T. I. p. 211.

Novem his *Epiſtolis* adhaerent *Chartae* IV. *Prima* hujus tenoris: *Cunctis chriſtiana fidelitate degentibus notum ſit preſentibus atque futuris. quod comes Ratpoto pro remedio animę ſuę. coniugisque Mathildę tradidit pontifici Eigilberto* (Egilberto, Angelberto, Engelberto) *patauienſis ęccleſię prouiſori. ęccleſiam quam in patrimonio ſuo conſtruxit. Ernuſtiſprunnin. cum dote. et familia atque decimatione. quin cum omni lege. Huius videlicet muneris donum pretitulatus preſul rogauit tradere in manum piligrimi ſui militis. eo tenore. ut ſua comitisque preſignati poſtulatione traderet quocumque* (quandocumque?) *peterent. His namque rebus ita completis. dedicauit ęccleſiam predictus pontifex. Ecce celebratione dedicationis completa. tradidit piligrimus manu potentatiua* (alias poteſtativa) *poſtulatione comitis et epiſcopi ęccleſiam prefatam ad ſanctum ſtephanum perpetualiter ſeruituram. Huius rei teſtes ſunt. Ratpoto. Purchart. Arnolt. Aribo. Ekkiribc. Gerbobc. Hartuuic. Arnolt.* Sedit *Engelbertus* hic ab an. 1045—65. *Ernſtbrunn* inf. *Auſtriae* Oppidum hodie ad Comites *Sinzendorfios* pertinet. *Secunda* Charta confirmat Eccleſiae *Patavienſi Jus Decimationis intra Aneſum* (Onaſum) *fluvium et Comagenum* (Cetium) *Montem Piligrimo* Epiſcopo, atque adeo intra an. 971. et 991. Legitur illa, quod mirum, ad calcem ſupra recenſiti *Epiſtolaris*